



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 30. Papa per Gallorum postulata vexatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„desistent, quin ea omnia proferrent, Sæcul. XVI.
 „quæ hanc veritatem, & palam facerent, A. C. 1563.
 „& confirmarent. „

Adeo constanter Legatorum animis
 inhæserat ultramontanæ hujus opinio-
 nis veritas.

§. XXX.

*Papa per Gallorum postulata
vexatus.*

Ceterum Legati ad Gallorum postu- *Sarp. p. 626*
 lata nihil respondebant, abs dubio, *Mem. pour*
 quia eadem Romæ ingratis auribus *le Concil. de*
 fuerunt excepta; Episcopus enim Vi- *Trente p. 379*
 terbiensis Romam delatus hæc Gallo-
 rum petitiones prælegebat, earumque
 insolentia summo Pontifici haud exi-
 guum dolorem creabat, nam cum illæ
 prima vice perlegerentur, Papa vehe-
 menter commotus in hæc verba proru-
 pit: „Galli unice intendunt Datariam,
 „Rotam, Signaturas, totamque auctori-
 „tatem Apostolicam convellere. „ Po-
 stea vero animo, fronteque paulo fere-
 nior factus est, eo quod idem Episcopus
 ei spem fecisset, quod Sanctitas sua,
 concessis aliquibus, nonnulla negare,
 quædam autem alia mitigare, hacque
 ratione plures ex hisce postulatis elu-
 dere posset. Postea idem Episcopus no-
 mine Lotharingii Cardinalis Pontifici
 hæc exposuit: „ea est Principum indo-
 „les

Sæcul. XVI. „les, ut multa petere soleant, eo fine, ut
A.C. 1563. „saltem illa, quæ eos maxime premunt,
 „impetrent, qualia sunt Calicis, & lin-
 „guæ vernaculæ usus, necnon Sacer-
 „dotum conjugia.„ Refert Sarpus,
 Gualterium hæc addidisse: *ejusmodi*
res non multum Sedis Apostolicæ ratio-
nes respiciunt, Et si in his Sanctissimus
Pater voluntati ipsorum morem gerere
dignetur, brevem, Et expeditam viam in-
veniet, qua non sine peracti Concilii lau-
de, finem desideratum attingat, nam mul-
ti ex iis articulis ipsis etiam Gallicæ E-
piscopis non satis arrident, qui ad impe-
dimenta iis interponenda sese compara-
runt: hæc cum audiisset Papa, constituit,
ut articuli in Congregatione disceptaren-
tur, introductis in eam Viterbiensi, Et
Vintimigiensi, qui de cunctis, si quando
opus esset, plenius edocerent: porro in ea
Congregatione decretum, ut Theologi, Et
Canonistæ de articulis propositis scribe-
rent, Et suam quisque sententiam charta
mandaret.

§. XXXI.

Papæ epistola ad Franciæ Regem
circa hæc postulata.

Hac circumspectione adhibita Ponti-
 fex hac super re ad Regem literas de-
 dit